UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Qvæstio LXXXII. Suntne illi etiam ad hanc Cœnam admittendi, qui confessione & vitâ se infideles & impios esse declarant?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Visual Library

vere reſipiſcunt, damnationem ſibi edunt & bibunt[e].

*a b c* 1. Cor. 11. 28. 1. Cor. 11. 26. *d* 1. Cor. 11. 23. *e* 1. Cor. 11. 29.

## QVÆSTIO LXXXII.

*Suntne illi etiam ad hanc Cœnam admittendi, qui confeſſione & vitâ ſe infideles & impios eſſe declarant?*

RESP. Nequaquam[a]. Nam eo pacto † *Sacramentum* Dei profanatur[b], & ira Dei in vniuerſum Cœtum concitatur[c]. Quocirca Eccleſia, ex præſcripto Christi & Apoſtolorum[d], hos, clauibus regni cœlorum vtens, *e*, à cœna arcere debet[f], quoad reſipuerint & mores mutauerint[g].

† fœdus

*a* Mat. 7. 6. *b* Pſal. 50. 16. *c* 1. Cor. 11. 30. *d* Mat. 18. 15. 16. 17. Tit. 3. 10. 1. Theſ. 3. 6. 14. 15. *e* Mat. 16. 19. *f* 1. Cor. 5. 1. 13. *g* 2. Cor. 2. 6.

---

# DOMINICA XXXI.

## QVÆSTIO LXXXIII.

*Quid ſunt Claues regni cœlorum?*

RESP. *Minime* Prædicatio Euangelij, *ſed Sacramentalis abſolutio, &* Eccleſiaſtica diſciplina[a]: quibus cœlum credentibus aperitur, infidelibus autem clauditur[b].

*a* Mat. 16. 19. Mat. 18. 18. Ioh. 20. 22. 23. 2. Cor. 10. 4. 5. 6. *b* Ibidem.

*a* Mat. 16. 19. *Tibi dabo claues regni cœlorum.* Mat. 18. 18. *Quæcunque alligaueritis ſuper terram.* Ioh. 20. 22. 23. *Inſufflauit, & dixit eis, Accipite ſpiritum Sanctum, quorum &c.* 2. Cor. 10. 4. 5. 6. *Arma militiæ noſtræ nō carnalia ſunt, ſed potentia Deo ad deſtinationem, in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Christi: Et in promptu habentes vlciſci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit veſtra obedientia b* Idem.

*a* RESP. Logi! Nil docent hæc propoſitum, quod Claues eæ ſint Prædicatio, Vide Bellarminum.

## QVÆSTIO LXXXIV.

*Quo pacto clauditur & aperitur regnum cœlorum* † Abſolutione Sacramentali?

† Prædicatione Euangelii?

RESP. Cum ex mandato Christi, credentibus vniuerſis & ſingulis[a], publicè annunciatur, omnia peccata ipſis diuinitus propter meritum Christi *in Sacramento pœnitentiæ ſeu Confeſſionis auricularis* condonari[b], quoties promiſſionem Euangelij vera fide † *per Confeſſionem, Abſolutionem & Contritionem ſibi curant applicari.*

† amplectuntur *c*.

Contra vero omnibus infidelibus & hypocritis *d* denunciatur, tantiſper ipſis iram Dei & æternam condemnationem incumbere *e*, dum in ſuis ſceleribus perſeuerant [f] *inexpiati, ſeu voluntarie non pœnitendo, ſeu peccatis eorum ab Sacerdote retentis.*

Secundum quod Euangelij teſtimonium Deus tam in præſenti quā in futura vita iudicaturus eſt[g].